391

quinque, Et ad Obren Eilse pratum, quod computatum est pro septem
Diurnalibus, Et ad Nideren Eilse pratum minorem. Sed de ipso prae-
dio, quod uel nos non habemus in eodem uico, uel ipse Arnolt dedit, pene
duo Diurnales, et cum una Piscina, pertinent ad Sanctum Blasium.
Ipsi autem econtra habent nostrum praedium ad Vrdorf cum iniu-
stitia, Sicut et nos hic illorum.

Ad Fieringen habemus duos Diurnales.
Ad Engliberg pratum.
Ad Huton pratum.
Ad Fallinbach pratum.
Ad Vuolfenschiessen duos Agros.
Ad Roce ex integro liberos Censarios.
Ad Sarenen Diurnalem.
Ad Cherns quatuor Diurnales, et Decimam in Ecclesia.
Caetera omnia quae ibi, uel ad Merktal, siue Ellenbrunnen, et Ramseren
continentur, nostri liberi Censarij sunt.
In Schuuarzenberg tres Diurnales.
In Mutcisuuank tres Diurnales, cum pene decem Censariis.
Ad Vualde unum Diurnalem.
In Birkenbach tres Diurnales.
In alpibus etiam partem habemus, scilicet.
In Baussen dimidiam partem.
Ad obrenalp quartam partem.
In Rigintal dimidiam partem, Et in alia dimidia parte quartam partem.
Ad Horne quartam partem.
In Stosfelberg quartam partem.
Ad Egge pene dimidiam partem.
Ad Chernalp pene per totum.
Ad Surken dimidiam partem.
In Sinsgouue pleniter ad duo frusta.
In Trepfensee quantum ad duo Offiria pertinet.
Offirin .i. ein Senten. — Ad Lutersee, quod ad unum Sistre pertinet.
Ad Firen, quod ad unum Sestre pertinet.
Ad Sagelstal, quod ad unum Sistre pertinet.

Sister .i. ~~[illegible]~~ ein Zigermal. — Si quaeris quid sit Sister, Dictum est, quasi dicatur Constitutio, uel Firmiter
statutum. Ipsi enim Armentarij secundum suam consuetudinem ha-
bent nomina inuenta, quibus utuntur. Vt puta tantum lactis quod
Sexarium potest fieri, uocant Imi, Et octo Imi dicuntur Sester. Ideoque
Sester nihil est nisi Sexarium. Vnumquodque autem Sexarium sequuntur
Octo Casei. Cumque duodecim hominum pecora adunantur in unum,
uocatur Offirium, propterea quod uni Magistro committitur. Quicunque
autem pecus suum, in alius Alpem minat, Consuetudo est ut omne
lac quod sibi de pecoribus in duabus uicibus prouenerit, Vel ipsum
lac, uel Formulas quae inde fiunt, absque certa constitutione ille det.
Circa Kalendas autem Iulij omnes quippe qui pecora habent, in mon-
tibus conueniunt illuc, Et metiuntur unusquisque lac suum, Et sicut
uiderit, ita exspectat ut accipiat in autumno a Magistro pecorum.

Sêmkessi. — Est et alia consuetudo inter illos. Quicunque Caldarium illuc praestiterit,
Quamdiu eius Caldarium habent, singulis annis dabunt ei Sexarium,
et Octo Caseos. Igitur quia tanta utilitas de pecoribus potest euenire,
Necesse est omnibus inhabitantibus hunc locum nostrum, Vt et ipsi utili-
Siluae — tati suae de Alpibus prospiciant, Villicosque suos quos intra Siluas habent
moneant et compellant, suae constitutioni prospicere. Isti autem
montes in potestate Abbatis et Praepositi sunt, ut distribuant pecora
qualitercunque uelint.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 609, p. p.%20391 – Composite manuscript by Aegidius Tschudi, containing a copy of the Rhaetian Urbarium (imperial land survey) from the middle of the 9th century (http://www.e-codices.ch/en/csg/0609/p.%20391)